

PERIPICTAS THEOLOGICAS

DE THEOLOGIA:

Reip. ISAACO SNYERO, Berg-op-Zom:
Brabant. 3. Iulii M DC XLVII.

§ 1. **L**ocorum communium plena, exacta, & solida cognitio quantum momentū ad eruditionem theologicam, omnesque ministerii actus in Ecclesiis & Academiis ritè exercendos ad ferat, multis probandum non est. Cum experientia fatis claret, quam parum feliciter, dextrè & expeditè quoscunq; libros & textus Scripture pro concione explicare, doctrinas cum rationibus, & usibus practicis depromere, quæstiones morales & casus quoscunque propositos determinare, consilia theologica conscribere, errores quoscunq; refutare, rudes catechizare, filios Prophetarum instruere; scripta & acta Theologica & Ecclesiastica, ubi ita necessitatulerit, cum iudicio aliquo concipere & dictare queant, ita ut omnia bene cohærent, qui hac in parte deficiunt. Omni ergo ope entendum, ut Theologiæ Candidati in toto cursu Academicō exerceantur in accrandis conceptibus non unius atque alterius, aut paucorum quorundam, sed omnium in universum locorum communium per totum Scripturæ systema sparsorum. In quo, cum Professores Theologi hujus Academiæ tum publicis Lectiōnibus, tum Disputationibus præ virili desudent,

A

iidemq;